


DISTRIBUTIO

Insulae Andros Cycladum; dubiose etiam in insula Keas? (specimen infra dictum, frutu destitutum, floribus vix natis non sufficit).

SPECIMINA VISA

Andros. *Heldreich 931*, ad margines vinetorum in submontosis inter coenobium Panagia Panachrantos et pagum Brachno, loco classico unico hucusque noto, ubi Jos. Sartori hanc speciem primus detexit, 24.7.1886, fr. (G, G-BURN, WU). **Kea.** *Runemark & al. 40 730*, 1-3 km S. of Chora, 16.4.1969, fl. incip., (LD, cf. supra).

- 29. *Ferulago scabra*** Pomel, *Nouv. Mat. Fl. Atl.*: 143. 1874; Batt. & Trabut, *Fl. Algérie*: 368. 1888 \equiv *Ferula sulcata* Desf. var. *scabra* (Pomel) Batt. ex Maire in sched. herb.



Typus: *Choulette*, coteaux secs à Constantine, 3.7.1855, fr. (haud bene maturis) (MPU).

DESCRIPTIO

Species mea sententia valida, a botanicis Africae boreali operam praestantibus (etiamque Europae ut dicitur infra) omnino neglecta; descriptio originalis Pomel tantum gallica et in libro infrequente in Bibliothecis, quas ob res hic succincte iterum exponitur sic.

Planta erecta, statura? (ex specimenibus imperfectis, minimo metralis diceretur), caule compresso, sulcato, inflorescentia in paniculis umbellarum ad nodos verticillatarum; involucra involuella hypsophyllis oblongis. *Folia* basalia tripinnata, pedalia vel ultra, ambitu late deltoidea, petiolo plus minusve 10 cm longo, basi dilatata, pinnis inter sese sat remotis, pinnulis contra confertis, *laciniis* elliptico-falcatis vix coriaceis, acutiusculis et distincte mucronulatis, valde scabris! *Fructus* tenues in typo atri, elliptici, compressi, 13 × 7 mm, stilopodio subconico, 2.5 mm diam. margine crenato, stilis aequilongis. Jaga inconspicua, alae 1 mm minimum latae, crassiusculae. *Vittae* commissurales 32-36, dorsuales usque 50.

AFFINITATES

In Africa boreali, botanici tantum *Ferulaginem sulcatam* Desf. (nomine valido *F. lutea* (Poiret) Grande) notarunt, POMEL excepto qui in opera supra dicta, quinque species descripsit (1874: 142-144 et 311).

Haec certe ad *F. luteam* non accedit, nimis multis characteribus magnii pretii separata, videlicet: fructus structura, involucri inflorescentiaeque forma, laciniis, etc. Affinitates veras ancipites inveniendas puto cum *F. granatensi*, Hispaniae, et cum *F. campestri* vastae Europae distributionis.


DISTRIBUTIO

Africae borealis: certe incola Algeriae et Regni Marocciani; Tunisiae inspicienda! Hispaniae! Portugaliae ut constat deest. Cum haec species absque dubio Hispaniae adest, addenda est Florae Europae.

SPECIMINA VISA

Hispaniae. Bourgeau 676, Sierra de Segura, 12.7.1850, fl. ad fr. (G); Reverchon 1262a, Prov. de Grenada, Sierra del Cuarto, lieux arides sur le calcaire, 1900 m, rare, VII.1902, fl. (G, H); id., 1262b, Prov. de Jaen, Sierra de la Malessa, lieux arides sur le calcaire, 1800 m, rare, VII.1904, fl. (G); id., 1262c, Prov. de Jaen, Sierra de la Cabrilla, lieux arides sur le calcaire, 1800 m, rare, VII.1905, fl. (G). **Regnum Maroccanum.** Maire, iter marocc. XII, in Atlante medio, in silva Djaba, prope Ito, solo calcareo, 1500 m, 14.7.1926, fl. ad fr. (MPU). **Algeria.** Boissier & Reuter, Prov. Oran, grand ravin du Djebel Santo, IV.1849, fl. (G); Cosson, versant sept. des montagnes du Djurdjura, territoire des Beni-bou, Addou, cercle du Dra-el-Mizan, Prov. Alger, 23.-27.4.1854, fl. (G).

30. Ferulago serpentonica Rech. fil., Fl. Euboea in Bot. Jahrb. Syst. 80: 367. 1961.



Typus: Rechanger 19 257, Euboea septentrionalis in pinetis (*P. halepensis*) a pago Papades meridiem versus, substr. serpent., 28.6.1958, fr. ineunt. (Holo: W, non vidi; G, M).

DESCRIPTIO

Planta gracilis, erecta, scabridula, angusta, bipedalis, caule sulcatulo foliis deminutis praedito, collo radicali fibroso. Folia tripinnata ambitu anguste oblonga, 15(-25) cm longa, 3(-5) cm lata, petiolo vix 2 cm longo terete; pinnulae sat separatae, laciniis setaceis mucronulatis 4-5 mm longis. Inflorescentia corymbiformis, umbellis ad apicem congestis 12-15-radiatis; involucria involucellaque oblonga, membranacea, reflexa; umbellulae 8-16-florae pedicellis quam fructu dimidio brevioribus. In sicco fusco-viridis.

ANIMADVERSIONES

Descriptio concinna offertur in opere botanico primi ordinis, cujus series certe non deest a Bibliothecis. Tantum dicam folia scabrida adesse et involucria ut constat, sat variabilia: in specimine isotypico Genavae, certe oblonga et contra, ex eodem numero in (M), latiora, fere ovato-triangularia observantur.

AFFINITATES

A claro auctore comparabatur cum *F. sartorii* a qua distincta dicebatur fructu minori, foliorum laciniis brevioribus magis confertis. Quo addam, ob structuram jugorum alarumque, corticosam in *F. sartorii* at tenuem in *F. serpentonica*. Fructus tamen in nimis paucis speciminibus prae me, haud perfecte maturi, adsunt ex quibus ergo de structura plenae maturitatis certior non sum. Vittae commissurales quoque pene efformatae conspiciuntur. Quas ob res. affinitates certe vix manifestantur!

An affinior cum *F. thirkeana* (Boiss.) Boiss., ob eundem numerum vittarum, fructu jugis plus minusve alatis (secundum conceptum primum Boissieri *Lophosciadii thirkeani*?). Speciminum novellorum auxilio, sententia affinitatum hujus speciei declaranda est. Distincta recte a cl. auctore dicebatur de *F. confusa* Velen., involucriis involucellisque angustioribus,